



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Practica Cancellariae Apostolicae Cvm Stilo Et Formis In Romana Cvria Vsitatis**

**Paulus, Hieronymus**

**Venetiis, 1572**

Communis forma pauperum expectatiuae pro graduatis &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10350**

Communis forma pauperum expectatiuæ pro graduatis &c.

Innocentius &c.

Venerabili fratri &c vel dilectis filiis &c.

*In regulariis p̄sentationem.* Dilecti filii Ioan. de N pauperis clerici N. Diœcesis apud sedem Apostolicam constituti supplicationibus inclinatis, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus de vita, & conuersatione ipsius Io. qui, ut asserit beneficium aliquod Ecclesiasticum non obtinet, & quem per certos examinatores super hoc à nobis deputatos, de literatura ipsius examinari fecimus diligenter, quique in illa repertus est idoneus ad beneficium Ecclesiasticum obtinendum, solerter inquiren. si eum vitæ laudabilis, & honeste conuersationis esse reppereritis, & aliquod beneficium Ecclesiasticum non obtineat, aliudque Canonicum non obstat, ei de aliquo beneficio Ecclesiastico cum cura, vel sine cura, consueto ab olim clericis secularibus assignari, dummodo in Cathedrali Ecclesia non existat. Cuius fructus, redditus, & proventus, si cum cura xl. si verò sine cura fuerit xxiiii libr. turon. par. secundum taxationem decimæ, si taxatum fuerit, & si taxatum non fuerit secundum consuevit, va. an. non exce. Ad collationem, vel provisionem, Venerabilis fratris nostri Episcopi Ostien. pertinens, si quod in ciuitate, vel dicta Diœcesi vacat ad præsens, aut cum vacauerit, & idem Io. per se, vel procuratorem suum ad hoc legitimè constitutum, infra vnus mensis spatium postquam sibi, vel eidem procuratori de ipsius beneficii vacatione duxerit acceptandum, autoritate nostra prouideri curetis. Inducen per vos, vel alium, seu alios eundem Io. vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem dicti beneficii. Et defenden inductum ac facien ipsum Io. vel pro eo procuratorem prædictum ad illud, etiam si canonicatus, & præben. fuerit, ut est moris, ad mitti, sibi que de ipsius beneficii fructibus, redditibus, proventus, iuribus, & obventionibus, vniuersis integrè responderi. Contradictores autoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstan. si alicui super provisionibus

uisionibus sibi faciendis de huiusmodi, vel aliis beneficiis  
 Ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dictæ  
 sedis, vel legatorum eius sub quacunque verborum for-  
 ma literas impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, re-  
 seruationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet sit pro-  
 cessum. Quibus omnibus, præterquam autoritate nostra,  
 beneficia huiusmodi expectantibus præfatum Io in huius-  
 modi beneficii assecutione volumus anteferri sed nullū  
 per hoc eis, quò ad assecutionem beneficiorum aliorum,  
 præiudicium generari Seu si eidem Episcopo, vel quibus-  
 uis aliis communiter vel diuisim à dicta sit sede indultum,  
 quò ad receptionem, vel prouisionem minimè tenean-  
 tur, & ad id compelli, aut quò interdici, suspendi, vel ex-  
 communicari non possint. Quodque de beneficiis Eccle-  
 siasticis ad eorum collationem vel prouisionem coniu-  
 ctim, vel separatim spectantibus, nulli valeat prouideri per  
 literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam,  
 ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē.  
 Et qualibet alia dictæ sedis indulgentia generali, vel specia-  
 li cuiuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non  
 expressam, vel totaliter non insertam effectus earum im-  
 pediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiusq;  
 toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis.  
 Nos enim præfato Episcopo, ne de beneficio huiusmodi  
 interim etiam ante insinuationem præsentium, & proces-  
 suum per eas habitorem ei factam, nisi postquam sibi cõ-  
 stiterit quòd Io. vel procurator prædict. beneficium huius-  
 modi acceptare noluerint, disponere quoquomodo præsu-  
 mant, districtius inhibemus, decernentes irritum, & inane si  
 secus super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel  
 ignoranter contigerit attentari. Quòd si non omnes his  
 exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilomi-  
 nus exequantur. Dat. &c.

Quando  
 vnus In-  
 dicium est  
 Episco-  
 pus, tunc  
 ponitur  
 Tu fra-  
 ter Epi-  
 stolicos

Ad futuram rei memoriam, illa quotidiana nos pulsat  
 instantia, & Ecclesiarum omnium impellit sollicitudo, vt  
 promotio ciuitatis Ecclesiarum, & præsertim Cathedraliū  
 successa utilium, sub quarum felici directione salubriter  
 gubernari valeant, personarum fulciatur præsidio, Apo-

*Scope cum* stolicos diffundamus iugiter excogitatus. Hinc est, quòd  
*eorum ab* nos cupien. de vno Canonicatu, vna preben. & dignitate,  
*sero ea ni* personatu, administratione, vel officio Ecclesiæ N. quos  
*hilomi*— per cessum, vel decessum, aut dimissionem, vel aliàs quali-  
*nus exe-* tercunque vacare contigerit, per nos, vel sedem Apostoli  
*quamini.* cam personę idoneę, prouideri motu proprio.

*Reserua-* Et si omnium Ecclesiarum, ac Canonicatum, & præ-  
*tio cano-* bendi aliorumq; beneficiorum Ecclesiasticorum, tam cū  
*nicatus,* cura, quàm sine cura, plenaria dispositio ad Roma. ponti-  
*o preb.* ficem pertinere noscatur. Nonnunquam tamen idem Pō  
*ac digni.* tificex, priusquàm vacent suæ, & sedis Apostolicæ disposi-  
*Ecclesiæ* tioni, ac collationi specialiter reseruatam, & de illis cū va-  
*cathedra* cant per dictæ sedis prouidentiam salubriter valeant pro-  
*lis primo* uideri. Cupien. igitur &c.

*vacatu-*  
*rum.*

*Nota alia euidentia.*

*Aliud*

*proximū.* **N**ota quando impetrans petit ad collationem ordina-  
*Rom. pon* rii, tunc scribitur Iudici eiusdem Diœces. aliàs scribi-  
*tifex, ad* tur ordinario, nisi impetrans per annū stetit in Cu. tunc  
*quem o-* enim scribitur tribus iudicibus, & poterit Iudex scribere  
*miū be-* processum in curia Nec ponitur illa clausula, q̄ si tu præ-  
*nesiorū* sentes, sed illa, q̄ si non omnes Quando ponitur in com-  
*Ecclesi-* muni forma ad collationem Episcopi semper dantur tres  
*sticorū di* iudices, & Episcopus in illo casu non potest esse aliquis  
*spositio p* eorum.

*inet, non* Si sit dispensatum super defectu natalium, dicitur sic,  
*nulla ex* cū quo aliquas, vt non obstan &c. vel cum quo dudū su-  
*eis prius* per defectu natalium &c. vel qui, vt asserit. Alii ponūt dese-  
*quam va* ctus post verbum, videlicet, post non obstan beneficiales.  
*cent, suæ* Quodocunque in communi forma pauperum Iudi-  
*o sedis* ces dantur pro non graduatis, tunc oportet omnes illos  
*Apostoli-* tres, vel in partibus, vel in curia tantum accipere.

*cæ disposi* Nota, quòd omne beneficium est incomparabile cum  
*tioni quā* ista forma, de se: sicut, religiosis quodlibet beneficium est  
*doq; refer* incomparabile per se, licet non per accidens, videlicet, per  
*nat, vt de* commendam, vel &c.

*illis cum* Nota tamen, quòd vigore regularum Cancellarię Apo-  
 stolicæ,